Universitätsbibliothek Paderborn

Via Vitæ Operis Hvivs Hypothesis

Florentius <Batavus>

Antverpiae, 1551

Precatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30077

Visual Library

reuera ſit: imo occultare potius ſtudet, ſi quid habet vnde honorari poſſit.

PRECATIO.

POtentiſsime Deus & iuſtiſsime iudex, qui quũ ſis immenſæ potentiæ Dominus, nunquam tamẽ ſic alicui hominum te quamuis immaniter offendenti indignaris, quin ipſum humili pectore ad te recurrentem pie miſereris ac recipias: cui etiã nullus omnino tantum poteſt diſplicere, qui non per ſalutarem ſui humiliationem rurſus tibi poſsit placere: obſecro mi Deus, eam meo pectori inſere humilitatem, qua non modo totus mihi ipſe intus diſpliceam, uerum etiam id ipſum externo apparatu palam declarem: atq; adeo etiam quam omnium mortalium me reputem abiectiſſimum, qui alioqui malè ſanus neminem me agnoſco meliorem. Hanc penitus animi mei inſculpe penetralibus, ſic ut uel ab iectiſsimas quasq; operas libens & alacris ſubeam, ac per hoc ſuperbiam omnem ſalubriter retundam.